

N. 25.

A. D. 1097.

(giugno, Indiz. V).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Petracca not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,88 1/2, largh. 0,23. Macchiata in vari punti e corrosa nelle antiche piegature.
<i>Scrittura</i>	Corsiva con spiccata fisionomia di minuscola.
<i>Contenuto</i>	<i>Alfanus magister mathera, f. Petri</i> , di Bari, offre alla chiesa di s. Nicola di Bari tutt'i beni stabili, che egli possiede <i>foras in Noa et in loco Casabasili</i> , e <i>due vinee quinquagenales deserte cum cripta in lama s. Laberi</i> . Lega inoltre a <i>Iohannes</i> e <i>Ursus ferrarii</i> una cata di seta.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.
<i>Osservazioni particolari</i>	Il doc. a n. 25 (alt. 0,40 1/2, largh. 0,21), rogato nello stesso mese di giugno e dallo stesso notaio, è perfettamente identico al n. 24. Però nella donazione non son compresi i beni <i>in loco Casabasili</i> , nè si fa parola del legato a' due <i>Ferrarii</i> . Forse la donazione contenuta nel n. 24 dovè essere fatta qualche giorno dopo l'altra, che restava così annullata. Pare strano però che nella seconda donazione non si facesse alcuna menzione della prima, che pure era stata redatta in forma pienamente legale.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno incarnationis domini nostri iesu christi millesimo nonogesimo septimo mense iunii quinta indictione. Ego Alfanus magister mathera (1) f. Petri de civitate Bari. Congrua mea voluntate. pro dei amore et mercede anime mee meorumque parentum. per fustem trado et offero ecclesie sancti Nicolai confessoris christi ubi sancte reliquie eius iacent. Presentia bonorum et nobilium hominum testium subscriptorum. totam rem meam stabilem quam habeo foras in loco Noa et in loco Casabasili et in finibus et pertinentiis eorum. idest casas. casalinos. curtes. ortales. vineas. vineales. terras. olibas. pomos. aquas. et cunctam aliam rem quam habeo in ipsis locis et in finibus et pertinentiis eorum. vel ubicumque. Et due vinee mee deserte quinquagenales deserte cum cripta quam habeo intus lama que dicitur sancti Laberi iuxta vinee que fuerunt Caloiohannis de Pasoni et vinee que fuerunt Delecterii et Tupaci fratrum quas modo videntur tenere nepotes ipsius Delecterii et filii Melis qui dicitur de Asconi de hac civitate. quam traditionem et offertionem recepit a me vice affate sancte ecclesie Dionisius f. Nandonis de predicta civitate. Ea videlicet ratione. Ut a presenti die in antea omni tempore tota supradicta mea offertione et traditione sit de prephata sancta ecclesia et de omnes eius rectores et dominatores. tenendum. dominandum et faciendum de illa omnia ut voluerint sine requisitione et contrarietate mea vel de meos heredes et non habeamus licentiam illam eis levare. retornare contrare vel aliquid querere levare et minuare. per nullum ordinem. Set insuper ego vel mei heredes defendamus ad ipsa sancta ecclesia et ad omnes eius rectores et dominatores totam supradictam offertionem et traditionem. ab omni nostro devito et servitio vel relegatione. Quam et ab omni humana persona. ut securi et quieti et sine omni data vel damno aut minuatione exinde maneant ex omni parte semper. Et pro quo non recepi modo exinde meritum terrenum non impediad nullum inde meritum et retributionem

(1) Nel n. 25 *machera*.

celestem ab omnipotente domino per intercessionem affati sancti Nicolai. Et licentiam habeant
 ipsis rectores et dominatores de prephata sancta ecclesia exigere et levare monimina mea 25
 ubicumque illa invenire potuerint et habere et defendere cum illis quando opus est iamdicta
 offertione. tanquam si nos ipsos fuissetem. sine requisitione et contrarietate de cuiuscumque.
 et modo dimitto pro anima mea ad Iohannes et Ursus ferrarii et per multam dilectionem
 quam cum illis habeo. unam calam sericam. Et pro firmandam et stabiliscendam semper
 totam supradictam meam offertionem et traditionem ad ipsa sancta ecclesia in prefinito 30
 ordine et ratione. bona mea voluntate ego qs. Alfano. guadium eidem Dionisiy dedi. quam
 recepit vice ipsius sancte ecclesie et me ipsum mediatorem posui. Ut ego et mei heredes
 omni tempore stemus in ista supradicta offertione et traditione et defendamus illam ad ipsa
 sancta ecclesia et ad omnes eius rectores et dominatores ab omnibus sicut supradixi. et
 omnia predicta faciamus et adimpleamus sicut superius per ordinem est intimatum. Quod si 35
 omnia predicta facere et adimplere noluerimus et de hoc facto exire et in aliquo illud mu-
 tare quesierimus et per causationem vel per legem illos exinde miserimus quomodocumque
 demus. eis penam centum aureos solidos et centum in domnico et ea que [preleguntur in-
 viti adimpleamus. Per districtum. me ipsum] mediatorem et obligatorem qui eisdem rectores
 et dominatores de prephata sancta ecclesia tribui licentiam pignerare me et meos heredes 40
 per omnes causas nostras et pignera legitima et inlegitima sine calumnia quodcumque nobis
 ubicumque invenerint donec fecerimus et compleverimus omnia ut per ordinem continet su-
 pra. Et hanc cartulam scripsit Petracca notarius qui interfuit cum istis subscriptis testibus.

† Ego Meliziacca testis sum (1).

† Ego Petracca testis sum (2).